

Schadio, Con Rectore Schleusingensi & vocato Decano Kundorfsiensi, Linckii memoriae in Gymnasio dicta, excusa pariter & ad Concionem annexa modo citatam exequialem, Freberus in Theatro P. I. Sect. III. p. 589. VVit. Diar. Biogr. ad A. 1656., Gutbius in Poligraphia Meiningensi passim, & Libri mei Memorialis in Vitas Alumnorum Schleusingensium Recensio VII. p. 92.

De Samuelis Linckii Parente, Petro Linckio, Fratere, Io. Linckio, Superintendente VVasungensi, & Prosapia Linckiana reliqua spectatissima, infra in Reſtoribus dicetur plenius. Nunc enim tetigisse suffecerit, quod Sam. Linckius coniugium A. 1626. d. 14. Iun. inierit cum Virgine lectissima, superstite ipsi Vidua, Vrsula, Jacobi Schroeteri, Senatoris & Pharmatopolae quondam Meiningensis, Filia, ex qua suscepit (1.) Annam Mariam, natam A. 1627. & mox demortuam, (2.) Magdalenam, nuptam A. 1652. M. Io. Sebastiano Gutbio, Reſtori tunc temporis Meiningensi, post Superintendenti Hilperbusano, & mortuam A. 1653., Filiola vero, quam ex Gutbio exixa erat, Anna Magdalena, uxor euasit Io. Adami Haynii, Iuris Practici Naumburgensis, (3.) Samuelem, qui iam d. 23. Febr. A. 1652. obiit, Schleusingae adhuc in Gymnasio Alumnus, (4.) Iacobum, Pastorem postremum & Adiunctum in Herpff / (5) Io. Michaellem, Pastorem postremo in Zemelshausen / & (6.) Iobannem, Pastorem in Brühem / pago Gotbano. Vid. Libri toties allegati in vitas Alumnorum Schleusingensium Recensio VII., ubi nimirum Vitas Samuelis, Iacobi, Io. Michaelis & Iobannis, Linckiorum, percensui cumulatus.

At lapsus idcirco dicatur Freberus, qui in Theatro c. 1.

Lin-